



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1652. usque ad annum 1662

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1779

VD18 90119185

§. 25. Franciæ Regis edictum pro recipienda Innocentii X. Bulla.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67372)

§. XXV.

Sæc. XVII.
A. C. 1653.

*Francia Regis edictum pro recipienda
Innocentii X. Bulla.*

Ut vero præfata Pontificis Constitutio *Argentore*
ab omnibus in universo Galliarum *l. c. p. 271.*
Regno executioni daretur, ipsemet
Ludovicus XIV. Galliarum Rex die
quarta Julii pro suo in tuenda Religione
studio ac indefessa vigilantia sequens
hanc in rem Parisiis edictum promul-
gavit, cujus summa hæc est:

„Ludovicus &c. Omnibus Archi-
„episcopis, Regnique nostri Episcopis
„fidelibus ac dilectis Salutem: Post-
„quam summus Pontifex per suam Con-
„stitutionem hic annexam quinque pro-
„positiones varie intellectas decidit, ac
„invocato S. Spiritus auxilio, & audita
„plurium Cardinalium, Præsulum, a-
„liorumque gravium ac doctissimorum
„Virorum judicio desuper credenda,
„eo promptius decrevit, quo impen-
„sus, diversa mala, quæ remedio diu-
„tius dilato succrescere potuissent, præ-
„vertere, a nobis rogatus fuisset, &
„insuper Bagnius Sedis Apostolicæ
„Nuntius, dum summi Pontificis Con-
„stitutionem die trigesima prima Maij
„datam exhibuerat, ejusdem Pontifi-
„cis nomine sollicitasset, ut præfatam
Hist. Eccles. Tom. LXII. F. Bul-

Sæc. XVII. „Bullam in omnibus nostris Provinciis
A. C. 1653. „promulgari, & in usum deduci, au-
 „toritate nostra curaremus, hinc ad
 „Regum Prædecessorum nostrorum
 „imitationem magis de Regis Christianis-
 „sissimi, ac primogeniti Ecclesiæ Ma-
 „tris nostræ Filii prærogativa, quam
 „de aliis, qui ceteris Principibus
 „Monarchis communes sunt, tituli
 „gloriantes, ut certam specimen nostræ
 „submissionis erga Deum, nostræ gra-
 „titudinis pro tot gratiis ab eo receptis
 „necnon nostræ observantiæ erga sum-
 „mum Pontificem daremus, hinc
 „volumus, & jubemus, ut præfata
 „Bulla in universo nostro Regno recipi-
 „tur; vidimus enim, quod in ea
 „nihil Ecclesiæ Gallicanæ libertatibus
 „nec nostræ quicquam dignitatis juribus
 „adversum contineatur. Eapropter
 „vos hortamur & monemus, ut illam
 „juxta suam formam & tenorem in om-
 „nibus Archiepiscopatibus, Regni quoque
 „nostri Episcopatibus promulgari ex-
 „ecutionique dari curetis: Mandamus
 „insuper, præcipimus, & districte, om-
 „nibus nostris Ministris & subditis, quo-
 „rum interest, injungimus, ut a vobis
 „vel vestris Promotoribus requisiti
 „præsentium executionem auxiliare
 „præbeant manus, opemque præstent
 „quin aliud, quam per præsentem, ex-
 „pre-

„pressum mandatum a nobis præsto-
„lentur &c.

Sæc. XVII.

A. C. 1653.

Insuper Rex præfatam Pontificis
Constitutionem ad Facultatem Theo-
logicam Parisiensem per Henricum de
la Mothe Hodencurtium Rhedonensem
Episcopum die prima Augusti deferri
iussit, hæc vero illam, unanimi con-
sensu, eoque quo par erat, reveren-
tiæ & obsequii studio recepit, atque
ad acta retulit, inque omnes, qui
Pontificæ huic decisioni rebelles aut
contumaces forent, expulsionis a suo
ordine poenam die prima Septembris
habito conventu decrevit: ipsi etiam,
qui Jansenii partes tuebantur, verbo-
tenus profitebantur, quod sincerissi-
mo animo sese Innocentii X. Consti-
tutioni subjicerent, & quinque istas
propositiones unacum Pontifice pro
hæreticis haberent, easque in omni
sensu, quo illas Papa damnatas vo-
luit, damnarent, nec illas ultra sub
obtentu, quod sensum Catholicum
de gratia ex se efficaci continerent,
defendere vellent, eoquod ipsis Papa
declarasset, quod per harum proposi-
tionum censuras nequaquam gratiæ ef-
ficaciam perstringere intendisset. Hæc
illi passim in suis scriptis jactabant,
progressu tamen temporis linguam &
mentem mutarunt, & qui antea hæc
Jan-

F 2

Jan-

Sæc. XVII. Jansenii dogmata ejus nomine tanquam
 A.C. 1653 Catholica Romæ coram Papa pro ar-
 & foci propugnarunt, statim ac dam-
 nata fuere, ea in Jansenii libris minima
 reperiri spargebant, simulque querebantur,
 quod Papa harum quinque propositionum sensus non
 distinxerit, nec indicavit, in quo sensu illas damnavit,
 ac insuper Papa has propositiones in Jansenii libro
 depromptas esse asseruerit, cum tamen in illo nec
 quantum ad verbum nec quoad sensum hæreticum, in
 quibus eas damnavit, reperiantur.

§. XXVI.

*Binæ propositiones a Facultate Parisiensi proscrip-
 tæ.*

*Argentre
 l. c. p. 272.*

Præterquam quod Facultas Theologica Parisiensis die prima Februarii necnon etiam Parisiensis Archiepiscopus, æque ac Parlamentum quemdam librum, cui titulus: *Chronicon, seu continuatio chronici Ademari Engolismensis cum additionibus Fratris Petri a S. Remualdo Fuliensis* proscripisset, eo quod in hoc libro, quod Papa Reges exautorare posset, a Gregorio VII. & Pio PP. definitum diceretur: insuper eadem Facultas die decima septima Decembris a Facultate Theologica Remensis rogata binas propositiones damnavit.